

Christophorus Pac

Magni et Optimi Parentis, nequam Filius

Frater germanus Iudae prævaricatoris

Ille Christum, hic autem Remp: vendidit

Maior dolo, quam Ingenio

Nulli par meritis, nequitia superavit omnes

Omnibus Odiosus, et Iniuriosus

Tacitam publicamq; inimicitiam

Perpetuo coluit.

Rempubliam Consilijs, factionibus turbavit, ferro strinxit

Fortunis et bonis Nobilitatem Lithuanie spoliavit.

Pares contempsit, Inferiores ac minores oppressit

Gratias Majestatis carissimo semper prætio

Vendidit, et expediit.

In conferendis gratijs Regiæ Mltis

Non merita, sed plus offerentem semper aspexit

Judicia ad iniuriam proximorum multis Annis protraxit

Multis impensis exhaustos depauperavit

Solus in Vita videri voluit

Ideo, et post mortem extra Civitatem Castra metatus

Hoc in aere miraculose solus apparuit

Suspensus

Inclinato ad suam dilectam Capite

Emisit Spiritum, ac morozit

Siste igitur Viator

Stupenda Dei Iudicia, diu a Lepub: afflicta Spectata

Admirare

Animam factionibus perditam deplora

Supra Tumulum Vero, si flere non poteris, minge,

Et dic

Hic iacet Seditiosus Ille

Lui nec homines reueritus, nec Deum timuit

Rempubliam in perpetuo motu habuit

Aurum a Gallis accepit

Pessima Moneta Regnum replevit

Hic tandem miserimi quiescit.

um s
erendus
lance
um E
omer
imida
cessit
preter
Non 16
a temp
it
edmach